



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

quando ex inimicis fecit amicos Veritatis. II. Patientia ipsius meretur admirationem, quando inimicis suis cessit, qui ipsi intulerunt mortem. *Di-  
cton. Apost.*

THESIS VIII. *Dans gloriam Deo.*  
Rom. 4. v. 20. I. Sanctus hic unice  
quæsit gloriam Dei suo Labore ac  
Studio. II. Purificavit verbum Dei  
sua Oratione. III. Confirmavit sua  
bona Vita. *Id.*

## FESTUM VIRGINIS.

*Castitas  
triplex.*

THESIS I. *Eò, quòd Castitatem a-  
maveris.* Judith. 15. v. 11. I.  
Bona Castitas Conjugalis. II. Melior  
Continentia Vidualis. III. Optima  
Perfectio Virginalis. *Beda hom. in 2.  
Dom. Epiph.*

*Virginitas  
thesaurus.*

THESIS II. *Simile est Regnum Ca-  
lorum thesauro abscondito.* Match. 13.  
v. 44. I. Quæ cura & labor, donec  
quid

quis thesaurum sibi comparet ? II. Quæ sollicitudo, & anxietas, ut quis eum conseruet ? III. Quæ formido, & timor, ne eum perdat ? IV. Quis dolor, & desolatio, si eum perdidit. Hic thesaurus Virginitas est.

THESIS III. *Quinque prudentes.* *Virgines prudentes.*  
 Matth. 25. v. 2. Sunt illæ, quæ sensus custodiunt. I. Quæ Visum. II. Quæ Auditum. III. Quæ Gustum. IV. Quæ Tactum. V. Quæ Odoratum ab omni inordinatione conseruat. *Virgo sit Virginis & auditus, & visus, & gustus, & tactus, & odoratus, motusque omnis.* Inquit S. Antoninus P. 3. l. 2. c. 2. §. 7.

THESIS IV. *Quinque fatuæ.* *Fatuæ.*  
 Matth. 25. v. 3. Hæ sunt: I. Festinantes ad Nuprias. II. Non æstimantes thesaurum. III. Corpore tantum, & non mente. IV. Periculo se exponentes. V. Sibi & non Deo tribuentes.

THESIS V. *Virgines enim sunt.* *Deo charæ.*  
 Apoc. 14. v. 4. Amor Christi in Virgines probatur ex eo. I. Quod fecit

cit Virginibus, II. Virginum Paren-  
tibus, III. Virgini Virginum MA-  
RIÆ.

*Amoris  
certamen.*

THESIS VI. *Diligis me plus his?*  
Joan. 23. v. 15. Certamen Sanctum  
inter & profanum Amorem; seu Pro-  
blema: Quis in theatro humani cordis  
alterum superaverit in Dilectione sui  
Objecti? Vide sis P. Knellinger in *Domini-  
nicali part. 1. n. 143. & 414.*

*Virgines  
Angeli  
sunt.*

THESIS VII. *Erunt sicut Angeli  
dei.* Matth. 22. v. 30. I. Angeli  
appellari possunt *Virgines Cæli*. II.  
Et *Virgines nostræ Angeli Terræ*, cum  
hoc discrimine, quod Angeli terræ ad-  
huc in via mereri possint, & *Virgines  
Cæli* amplius in via mereri non vo-  
leant.


THESIS VIII. *Adolescentiarum  
non est numerus.* Cant. 6. v. 7. Post-  
quam Deus è Virgine natus est, inquit  
S. Hieronymus, *Virginitas & Sancti-  
tas* magis abundavit inter *Fœminas*,  
quàm inter *Viros*.

*Pretium  
Virginita-  
tis.*

THESIS IX. *Dux Virginitatis mea  
tu es.* Jerem. 3. v. 4. Tria sunt, quæ  
*Virginitatem* atollunt, & æstimabi-  
lem

lem faciunt; scilicet: I. Quia est Bonum Rarum. II. Quia est Bonum Fragile. III. Quia est Bonum Irreparabile. Diotallevi de Benefic. Divin. Confid. 23. de Virginit.

THESIS X. *Lilium inter spinas.* *Tentatio.*  
Cant. 2. v. 2. Est Virginitas in tentationibus: Has spinas habet aliquando I. Circa se, scilicet Mundum. II. Aliquando *juxta* se, nempe Dæmonem. III. Aliquando *intra* se, scilicet Carnem. *Id. ibid.*



P R O

## JUBILÆO.

THESIS I. *Est, qui multa redimat* *Causa.*  
*modico pretio.* Eccl. 20. v. 12.  
Rectè, & salubriter fieri, quòd Indulgentiæ liberalius concedantur. I. Ob Iniquitatem nostrorum temporum. II. Ob Necessitatem Ecclesiæ. III. Ad Incrementum bonorum Operum. IV. Ob Inopiam pauperum. *Faber*  
*Dom. 6. post Pasch. Cong. 7.*

IN